

44. Cognoscit etiam Ecclesiasticus de executione testamentorum, & ultimarum voluntatum, etiam laicorum, ita ut heredes, & laicos quoscuque executores moneat, & compellat ad prædictam executionem, (b) etiam si testator interdixerit Episcopo prædictam coercionem. (c) 45. Et piarum dispositionum executores Episcopos constituit Concilium Tridentinum, (d) & (e) tribuit eis potestatem cognoscendi de commutationibus ultimarum voluntatum; 46. quam tamen facultatem exequendi testamenta etiam Judex Laicus habet, quantumvis testamenta ad pias causas condita sint: nam hujusmodi munus faciendi exequi ultimas voluntates mixti fori est, ut ex Panormitano, & Barbacia notat Covarruvias. (f)

47. Cognoscit etiam Ecclesiasticus de crimine blasphemie, etiam contra laicos, (g) de quo etiam crimine Sæcularis Judex cognoscit, quia mixti fori est, ut norant Cardinalis, (h) Avendanius, (i) & Jul. Clarus. (j) Sed si Judæus crimen blasphemie commiserit, Judex Sæcularis de eo cognoscere posset; non tamen Ecclesiasticus, secundum magis communem opinionem Doctorum; (k) tamen si oppositum teneat Avendanius, ubi supra, asserens, crimen blasphemie à Judæo commissum mixti fori esse, pro sua opinione citans Ancharanum, in Consiliis.

48. Cognoscit denique Ecclesiasticus de pluribus aliis casibus congestis à Guiliehm. Benedicto, (l) & Auferrio; (m) & è converso plures casus, in quibus Judex Sæcularis habet cognitionem in personas Ecclesiasticas, enumerat Cassaneus. (n)

49. Advertendum tamen est circa supra dicta, quod in criminibus, quæ sunt mixti

fori, & in quibus ab utroque Judice pœna imponi potest, reus punitus à Judice Ecclesiastico, iterum de eodem crimine puniri potest à Judice Sæculari, juxt. text. in cap. *Falsis*, §. *Per hoc*, de *Pœnis*, lib. 6. (o) quod tamen intellige verum esse, quando pœna à Judice Ecclesiastico imposita non esset condigna, & mensurata delicto, quia tunc Sæcularis poterit iterum cognoscere, & punire, secundum plures DD. quos refert, & sequitur Covarruvias, (p) Avendanius, (q) & Didacus Perez. (r)

50. Nec huic communi intellectui obstat text. in dict. cap. *Falsis*, ubi severæ, & gravissimæ pœnæ imponuntur à Judice Ecclesiastico, & nihilominus tamen Sæcularis potest iterum punire, ut in dict. §. *Per hoc*: nam respondeo, quod licet in specie illius text. pœnæ à Judice Ecclesiastico satis severæ imponantur, non tamen sunt naturales, & condignæ tanto crimini: pœna enim naturalis, & condigna illi delicto est, quam constituit text. in leg. *Quisquis*, Cod. *Ad leg. Juliam Majestatis*, 51. Unde cum ab Ecclesiastico propter naturam jurisdictionis imponi non possit, cum Ecclesia pœnam sanguinis non irroget, (s) ideo recurritur ad Sæcularem, quia eam imponere potest: nec prædicta pœna per impositionem aliarum minorum tollitur. (t) 52. Nec obstat, quod quando duæ pœnæ concurrunt ad vindictam, una per aliam tollitur: (u) nam responderet, illud verum esse, nisi prior pœna imposita minor esset propter naturam jurisdictionis eam impo-nentis, ut putâ, quia majorem imponere non potest; tunc enim unam per aliam non tollitur. (x)

53. Quo fit, absolutum ab aliquo crimine in foro penitentiali, iterum posse accusari, & de

(b) Juxta text. in cap. 3. in cap. *Si heredes*, & in cap. *Tha*, & in cap. *Joannes*, de *Testam.*

(c) Juxta text. in dict. cap. *Tha*, & resolvit ibi Covar. & D. Franc. à Sarn. lib. 1. Selectar. cap. 11. n. 13. & prædictam conclusionem notat Covar. in dict. cap. 3. n. 5. & in dict. cap. *Si heredes*, n. 1. & 4.

(d) Sess. 22. de Reform. cap. 8.

(e) In 6. ejusdem Sessiois.

(f) In dict. cap. *Si heredes*, n. 1. & probatur in Auth. de *Ecclesiast. titul.* §. *Si quis ante adificationem*, Collat. 9. & in leg. *Hereditas*, ff. de *Peit. her.*

(g) Ut probatur in cap. 2. de *Maled.*

(h) Annan. & reliqui DD. in cap. 2. de *Maled.*

(i) In cap. *Prætorum*, 1. part. cap. 5. n. 3. Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 25. n. 9. Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 8. num. 4.

(j) Lib. 5. Sent. §. *Blasphemia*, n. 4. in fin.

(k) Ex Alexand. in conf. 99. n. 12. & 13. lib. 6. & Jul. Clar. ubi supr. n. 5.

(l) In cap. *Raimundus*, verb. *Et uxorem* 1. n. 240. & verb. *Uxorem* 2. n. 125.

(m) In *Tract. de Potest. Eccles. super Laicis* à n. 1. vol. 8. diversorum Doctorum, ubi cumulat 140. casus.

(n) In *Consuetud. Burgund.* Rubr. 1. §. 5. n. 47. verfi. Prima regula, & Boer. in *decis.* 69. n. 28.

(o) Et firmant Panorm. Aret. Fel. & ferè omnes in cap. *De his, de Accusat.* Bald. in leg. *Placet*, Cod. de *Sacrofanct. Eccles.* Anton. Burgens. in cap. *Ut manure*, n. 9. de *Empt. & vendit.* Alciat. in cap. 1. n. 128. de *Offic. Ordin.* asserens, hanc esse communem opinionem.

(p) Lib. 2. Variar. cap. 10. n. 6. Simanc. de *Instit. Cathol.* tit. 8. n. 5.

(q) In cap. *Prætorum*, 2. part. cap. 5. n. 18. Alciat. ubi supr. n. 134.

(r) In leg. 1. tit. 8. lib. 8. *Ordin.*

(s) Ut in cap. *Sententiam*, ne *Cler. vel Monach.* & in cap. *fin. eod. tit.* in 6.

(t) Ut in leg. 2. in fin. & ibi notat Bald. Cod. de *Sport.*

(u) Juxta text. in leg. *Quod senatus*, & in leg. *Prætor edixit*, §. *Si dicatur*, ff. de *Injur.*

(x) Ex Aretin. in dict. cap. *De his*, n. 16.

de eodem crimine puniri in foro exteriori, juxt. text. in cap. *Admonere* 33. quest. 2. verfi. *Quanto magis*: (y) quod procedit, etiam si à crimine absolutus esset per poenitentiam publicam, & solemnem; (z) tamen si Hostiensis Antonius, Imola, & Annania (a) intelligant text. in dict. cap. *Admonere* in poenitentia tantum occulta, quasi velint poenitentiam publicam, & solemnem extinguere crimen, etiam quoad judicium fori exterioris, cum talis publicus poenitens censetur effectus de foro Ecclesiæ, ac proinde accusari non posse coram Judice Sæculari, ut probari videtur in cap. *Aliud* 11. quest. 1. (b) nam text. in dict. cap. *Aliud* non suffragatur Hostiensis, Antonio, & reliquis: agit enim text. ille de *Pœnitentibus*, qui olim regulam quandam religionis profitebantur, quæ jam exoleta est, cujus religionis meminit text. in cap. de *His* 33. quest. 2. (c)

54. Adverte etiam circa supra dicta, quod in casibus, in quibus Ecclesiasticus cognoscit adversus laicos, non potest propria auctoritate capere bona; & personas eorum; sed debet per censuras Ecclesiasticas adversus eos procedere pro executione sue sententiæ, & deinde brachium sæculare invocare, secundum Oldradum; (d) & ita expresse decisum est in leg. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recop. & in praxi observatur, secundum Julium Clarum. (e) Nec sufficeret, si in aliquo Tribunali Ecclesiastico vigeret consuetudo capiendi bona, & personas laicorum, ut opinatur Baldus, (f) 55. quia talis consuetudo jam hodie sublata est per dict. leg. 15. tit. 1. lib. 4. Recop. supra dictam tamen resolutionem intellige veram esse, quando apud Judicem Ecclesiasticum adversus laicos procederetur in causis civilibus, vel in criminalibus civiliter intentatis; 56. at verò, quando Ecclesiasticus judicio criminali procederet adversus laicos ad punitionem culpæ, tunc bene poterit personas laicorum capere, & in carcerem detruere, ut probat text. in cap. *Attendendum* 17. quest. 4. & in cap. *contra Idolorum* 26. quest. 5. (g) & ita in praxi observatur in Tribunali Episcopali Salmantino; nec in hac spe-

Tom. II.

(y) Et firmat glou. fin. in dict. cap. de *His*, & communiter omnes ex Dec. in cap. *Quin diligentiis*, num. 6. de *Elect.* & Covarr. in lib. 2. *Variar.* cap. 10. n. 3.

(z) Secundum Panorm. Aretin. Socin. & Felin. in dict. cap. de *His*. Panorm. in cap. *Tha*, de *Præcurat.* & Anton. Burg. in cap. 2. n. 6. de *Empt. & vendit.*

(a) In dict. cap. de *His*.

(b) Et tradit Aretin. in cap. 2. de *For. comp.*

cic loquuntur, & procedunt prædicta Leges Regiæ.

EX TERTIO PRÆLUDIO,

SUMMARI A.

1. **C**ausæ omnes meri, & mixti imperii possunt delegari jure Pontificio ab Episcopis, & aliis Judicibus Ecclesiasticis, merum, & mixtum imperium habentibus.

2. Delegari non possunt de Jure Civili causæ meri, & mixti imperii.

3. Vicarii Generales ab Episcopis in suis Diocæsis constituti, Ordinarium, non Delegatam habent jurisdictionem.

4. Appellatio non potest interponi à sententiis Vicariorum Generalium Episcoporum ad ipsos Episcopos.

5. Vicarii foranei Episcoporum delegatam, non ordinariam censetur habere jurisdictionem: unde ad ipsos Episcopos appellari potest.

6. Beneficia conferendi potestas non censetur concessa ab Episcopo ejus Generali Vicario, nisi specialiter, & expressim committatur.

7. Vicarii Generales Episcoporum possunt instituire presentatos à patronis: & Oeconomum Ecclesiæ patronata vacantis constituere ad fructus percipiendos, si presentatio differatur.

8. Custodia Ecclesiæ vacantis spectat ad quem institutio ejus pertinet.

9. Vicarius Generalis Episcopi non potest inquirere, corrigere, aut punire, vel privare subditos beneficio, aut administratione, nisi hæc specialiter committantur eidem.

10. Vicarius Generalis Episcopi, potest cognoscere de causis requirentibus specialem commissionem, quæ sint minores causis specialiter commissis.

11. Vicarius Episcopi non potest inquirere de subditorum criminibus ex generali commissione quoad eorum punitionem, secus ut Episcopo referat.

Xx 2

TER-

Significasti, de *Offic. Deleg.* & ista opinio connumeratur inter communes in 2. Tom. *Commun. Opin.* lib. 9. tit. 4. de *Requiritis reis*, n. 7.

(c) Lib. 5. *Sentent.* §. fin. quest. 37. n. 8.

(f) In dict. cap. *Significasti*, & *Palac.* Rub. ubi supr. n. 26. Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 1. n. 12. & in cap. 20. n. 15. Covarr. in *Pract. Quest.* cap. 10. n. 2. verfi. *Primum*, & Jul. Clar. ubi supr. n. 8.

(g) Et tradit Roman. in *singul.* 660. Felin. in cap. *Cum sit generale*, n. 20. de *For. comp.* & in dict. cap. *Significasti*, col. fin. Aufer. in *Clem. 1. de Offic. Ordin.* quæst. 5. & Covarr. in dict. cap. 10. n. 2. verfi. *Secundo*.

TERTIUM PRÆLUDIUM.

DE VICAR. GENER.

1 Tertio erit præmittendum, *Jure Pontificio* causas omnes meri, & mixti imperii delegari posse ab Episcopis, Archiepiscopis, & ab aliis Judicibus Ecclesiasticis merum, & mixtum imperium habentibus, secundum Glossam; (a) 2. licet de *Jure Civili* ea, quæ sunt meri, & mixti imperii indelegabilia esse, probet text. in leg. 1. in princ. ff. de *Offic. ejus cui mand. est*, &c. (b)

3. Ex qua tamen opinione non sequitur, Vicarios Generales, quos Episcopi in suis Diocesis constituunt, delegatam jurisdictionem habere; sed potius ordinariam, secundum Glossam; (c) nam prædicti Vicarii Generales ex *permissioe juris* exercent jurisdictionem, sibi à Prælati commissam, & tacite censetur Jure Canonico permissum Episcopis, hos Vicarios creare, ut eorum locum teneant, vicelque suas gerant. (d) 4. Unde cum Vicarii Generales Episcoporum ordinariam jurisdictionem habeant, & eorum Tribunal, & Episcoporum sit unum, & idem, sequitur inde, quod à sententiis Vicariorum Generalium appellandum non est ad Episcopos. (e) 5. Caterum Vicarii Foranei Episcoporum, quos Episcopi in aliquibus locis, vel partibus suarum Diocesium constituunt, delegatam jurisdictionem habent, non verò ordinariam, secundum Glossam; (f) ac ideò à Vicario Foraneo appellari potest ad suum Episcopum, tanquam ad suum delegatorem. (g)

(a) Fin. in cap. In Archiepiscopatu, de Raptor. & glos. in cap. Quod sedem, verb. Committitur, de Offic. Ordin. & glos. in cap. Pervenit 95. Distinct. quas testantur committere receptas Panorm. & Ale. n. 76. in dict. cap. Quod sedem, & Curt. Junior. n. 26. Alexand. & Jaf. in leg. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est.

(b) Et ibi committitur omnes, quidquid contrarium velint Fulgosi. ibi, & Alciat. in dict. cap. Quod sedem, n. 299. Quam communem in præxi difficillimè refelli posse, testatur Covar. lib. 3. Variar. cap. 20. n. 4. prope finem; tamen oppositam sententiam in puncto juris veriorè esse, ipse existimat.

(c) In cap. 2. de Offic. Vicarii, lib. 6. & nos latius resolvimus supr. in 1. Tom. hujus operis, in 1. Temp. n. 6.

(d) Ex text. in cap. Licet, de Offic. Vicar. lib. 6. & in cap. Cum Episcopus, de Offic. Ordin. lib. 6.

(e) Juxta text. in cap. 2. de Consuetud. lib. 6. & in cap. Romana in princ. de Appell. lib. 6.

(f) Receptam in Clem. 2. verb. Foraneo, de Rescript.

(g) Argum. text. in cap. Super questionem, de Offic. Deleg. & in cap. Dilecti 3. & ibi glos. 2. de Appell. & ita expresse firmat gloss. in dict. cap. 2. verb. Officiali, de Consuet. in 6. & Robert. Marant. de Ordin. Judic. 6. part. memb. 2. n.

6. Advertendum tamen erit, ex *commissioe generali* ab Episcopo facta suo Vicario, non censi sibi commissam esse potestatem conferendi beneficia, nisi *specialiter & expresse* eidem ab Episcopo committeretur; (b) 7. bene tamen poterit Vicarius Generalis ex generali commissione instituire præsentatum à patronis. (i)

8. Quo fit, Vicarium Generalem ex *generali commissione* posse constituere Oeconomum Ecclesiæ patronatæ vacantæ ad fructus custodiendos, si provisio prædicta Ecclesiæ differatur, quia custodia Ecclesiæ vacantis spectat, ad quem institutio ejus pertinet; (j) & ita cum Vicarius possit instituire præsentatum in Ecclesiâ patronatâ, ut supra diximus, sequitur inde, posse constituere Oeconomum ad custodiam fructuum.

9. Non etiam poterit Vicarius Episcopi ex *generali commissione* inquirere, corrigere, aut punire subditorum excessus, nec private quemquam Ecclesiasticum beneficio, officio, aut administratione, nisi *specialiter prædicta sibi essent commissâ*, ut probat text. in cap. Licet, de Offic. Vicar. in 6. 10. sufficeret tamen, quod expressis aliquibus casibus ex *requiritibus speciale commissionem*, ceteri committerentur sub clausula generali, (k) quando scilicet, non expressa in generali commissione essent paria, vel minora expressis, secus si non expressa essent graviora expressis: nam tunc sub clausula generali non comprehenderentur. (l)

11. Rursus, ex *generali commissione* Vicarius Episcopi non poterit inquirere de subditorum criminibus, ut probat text. in dict. cap. Licet, (m) cujus contrarium tenent Monachus, La-

369. & 370.

(b) Ut probat text. in cap. fin. de Offic. Vicar. lib. 6. & explicat latè Rebuff. in præxi benefic. in Addition. in Regulas Cancellariæ in reg. 13. pag. 452. ver. Et si Vicarius.

(i) Ut probat text. in cap. Ex frequentibus, de Istit. secundum unum intellectum, quem ibi assignat Panorm. receptus ab Imola, & Doct. & firmat glos. 1. ibi, & glos. fin. in dict. cap. fin. de Offic. Vicar. in 6. & utrobique Doct. committitur, & glos. in cap. Cum in illis, §. Cum autem, de Præbend. in lib. 6. quam sententiam veriorè, & receptionem esse testatur Rochus de Curte in Tract. de Jure Patronatus, verb. Competens, n. 67. & Covar. in lib. 3. Variar. cap. 20. n. 7.

(j) Ut probat text. junct. glos. fin. in cap. Cum vos, de Offic. Ordin.

(k) Secundum glos. fin. in dict. cap. Licet, quam probat Bernard. Diaz in Præf. Crim. Canon. cap. 3. Cujus glos. opinionem veram esse, testantur Joan. Andr. & Dominic. ibi, & Socin. in cap. Qualiter, & Quando II. de Accusat. num. 173.

(l) Argum. text. in Clem. Non potest, de Procurat. (m) Et expresse firmat Specul. in tit. de Inquisit. §. 1. ver. Quid de officialibus, & ibi Joan. Andr.

Lapus, & Dominicus in dict. cap. Licet, assentes, quod quamvis Vicarius inquirere non possit de criminibus, quo ad eorum punitionem, bene tamen poterit de eis inquirere, ut Episcopo referat, & ipse delinquentes corrigat, & emendet: quorum opinionem sequitur eam disputans ad utranque partem Socinus, (n) qui concludit, Vicarium Generalem Episcopi ex *generali commissione*, nedum posse de criminibus inquirere, ut causam instructam Episcopo referat, quando viderit inquisitum eondemandandum fore, verum etiam posse inquirere, & inquisitum abolere, quando viderit abolendum fore. (o)

Insuper adverte, quod, licet olim Ordinarii inferiores non possent dispensare, quòd denunciations in matrimonio requiritæ per text. in cap. Cum inibitio, de Clandest. despon. omitterentur, (p) cum contra dispositionem Generalis Concilii non possent Inferiores dispensare: (q) hodie tamen concessa est facultas Ordinariis dispensandi in his denunciationsibus per Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. matrim. cap. 1. ibi: Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, quibus verbis constat, concessam esse potestatem Ordinariis Locorum remittendi omnes denunciations, iusta causa interveniente, ut explicat Navarrus; (r) alioquin, sine iusta causa dispensans in his denunciationsibus mortaliter peccaret: nam dispensatio in lege Superioris cum causæ cognitione, & summa maturitate fieri debet; (s) non tamen poterit Vicarius Generalis Episcopi, etiam iusta causa existente, in his denunciationsibus dispensare, quia Ordinariis solis hanc facultatem concedit Concilium Tridentinum: & Ordinarius proprie dicitur Summus Pontifex, (t) & etiam Ordinarius dicitur Legatus Sedis Apostolicæ, (u) Episcopus Docefanus Ordinarius etiam est: (x) nec ex *generali commissione*

ne ab Episcopo facta suo Vicario Generali poterit Vicarius has denunciations remittere, nisi *specialiter* fuerit sibi commissum, nam in generali commissione facta ab Episcopo suo Vicario non venit facultas dispensandi. (y)

EX QUARTO PRÆLUDIO.

SUMMARI A.

- 1 Episcopi sunt Procuratores, & Administratores rerum Ecclesiasticarum.
- 2 Episcopi possunt agere pro rebus Ecclesiæ absque consensu Capitulum.
- 3 Episcoporum munus est Subditos corrigere, & eorum crimina puniri.
- 4 Fiscales creantur ab Episcopis, & eorum Vicariis, qui pro rebus Ecclesiasticis agant, & eas defendant, vitiaque Subditorum accusent, ac denuntient.
- 5 Fiscalem creare potest Judex, quotiescumque ex officio procedit.
- 6 Fiscalis ab Episcopo, vel ejus Vicario constituendus qualis esse debeat, & infra num. 9.
- 7 Laicus constitui potest Procurator rerum Ecclesiasticarum, & spiritualium.
- 8 Laicis interdicitum est Clericos accusare.
- 9 Fiscales in principio sui officii jurare tenentur.

QUARTUM PRÆLUDIUM.

DE FISCAL. ECCLES.

- 1 Quarto erit præmittendum, quòd cum Episcopi sint Procuratores, & Administratores rerum Ecclesiasticarum suarum Diocesium, (a) & sint defensores earum, (b) habeantque liberam earum administrationem, (c) 2. & ita pro eisdem rebus age-

(n) In dict. cap. Qualiter, & quando II. art. 5. quest. 14. à n. 162.

(o) Cujus opinionem sequitur Felin. in cap. Non potest, de Re judic. col. 4. & Bernard. Diaz, ubi supr. est Rip. in leg. Qui condemnare, n. penult. ff. de Re judic. opinionem Socin. & sequacium improbet, cujus fundamento satisfacit Bern. Diaz, ubi supr.

(p) Ut firmat Paludanus in 4. Distinct. 28. quest. 2. col. 3.

(q) Ut probat glos. in cap. Cum dilectus, verb. In atate, de Elect. recepta committitur à Felin. in cap. Nulli, n. 2. de Rescript. & Dec. in Rubr. de Judic. col. 1.

(r) In Manual. Latin. cap. 22. n. 70. in fin. & n. 85. & iustas causas dispensandi ab Episcopo in isto articulo congerit Soto in 4. Distinct. 28. quest. 1. art. 2. post Palud. in 4. Distinct. 28. quest. 2. art. 3. & refert Navar. in dict. cap. 22. n. 70. in fin.

(s) Secundum Innocent. in cap. Veniens, de Filiis Presb.

n. 2. Panorm. cap. Extripanda, §. Quia verò, de Præbend. n. 43. & determinat Concil. Trident. Sess. 25. de Reformat. cap. 18.

(t) Ut in cap. Ita Dominus 19. Distinct. cap. Mandata, de Præsumpt. tradit Torquemada de Potestate Ecclesiæ, lib. 2. cap. 54.

(u) Ut in cap. 1. de Offic. Legat. cap. 2. eodem tit. in 6.

(x) Ut in cap. Cum Episcopus, de Offic. Ordin. in 6. cap. Cum persone, de Privileg. in 6.

(y) Ut in cap. Quod translatione, de Offic. Legat. glos. in cap. Que de causa 2. quest. 4. Rebuff. in Præxi benefic. Tit. de Forma Vicariatus, n. 44. & n. 179. tradit Navar.

(a) Ut probat text. in cap. 2. de Donat.

(b) Ut in cap. In canonibus 1. fin. de Quest. 1.

(c) Ut in cap. Cum nobis in fin. de Elect. & in cap. Is cui, cod. tit. in 6.

re possint, absque consensu suorum Capitulorum, secundum communem opinionem, (d) & teneantur eas defendere: 3. positique sint, ut aliorum errores corrigant, (e) & eorum munus proprie sit Subditorum omnium vitia redarguere, ut dicitur in Concilio Tridentino, (f) ob idque in suis Dioecibus possint inquirere, & punire adulteria, & reliqua scelera Subditorum, (g) ad idque ex proprio munere teneantur: 4. ideo Episcopi, vel eorum Vicarii (ut rectius, & facilius Dioeceses regantur, & moderentur) constituntur, & creantur Fiscales, qui pro rebus Ecclesiasticis agant, & eas defendant, vitiaque Subditorum accussent, ac denuntient, qui loco officii Episcoporum, seu eorum Vicariorum succedunt: & quod ipsi faciunt ex mandato Episcoporum, seu Vicariorum ipsi Episcopi, vel Vicarii censentur facere, ut notat Praepositus: (b) 5. quotiescumque enim Judex ex officio procedit Fiscalem creare potest, ut resolvit Anton. Gomez. (i)

6. Et Fiscalis, qui creandus erit, debet esse Sacerdos, vel in Sacris constitutus, vir probus, diligens, & industrius: 7. nam licet Laicus constitui possit Procurator pro rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus; (j) tamen, quia Fiscalis ab Episcopo, vel ejus Vicario creatus, necdum vitia Laicorum, verum etiam Clericorum accusare, seu denuntiare debeat (8. quod Laicis interdicitum est) (k) ideo creandus erit Sacerdos, vel in sacris constitutus: debentque maxime Praelati curare, ut ad hujusmodi munus, & officii exercitium eligant viros prudentes, fideles, ac soletes, qui subditorum vitia investigent, & investigata Praelatis, seu eorum Vicariis diligenter revelent: 9. qui in eorum creatione ante omnia jurabunt, quod summa diligentia, & fidelitate officium suum exercebunt: nam cum publici denuntiatores reputentur, in principio sui officii jurare tenentur, ut notat Angelus. (l)

EX ULTIMO PRAELUDIO.

SUMMARI A.

I *Causa Ecclesiastica in prima instantia omnino sunt tractanda coram ju-*

(d) Ex Panorm. n. 6. & Felin. n. 12. in cap. *Edoceri*, de Rescriptis.

(e) Ut probat text. in cap. *Qualiter* I. de Accusatis.

(f) Sess. 14. de Reform. cap. 1.

(g) Juxta text. in cap. 1. de *Offic. Ordin.* & notant ibi Card. Panorm. Imol. Barb. Felin. & Alciat. n. 11. & etiam Aretin. n. 70. & 78. & Socin. n. 76. in cap. *Qualiter*, & quando II. de Accusatis.

(h) In cap. de *Accusatis*, 2. quæst. 8. col. 36. & 39. & Ber-

dicibus Ordinariis.

2. *Causa Ecclesiastica intra biennium sunt terminanda in prima instantia à die motæ litis computandum.*

3. *Superiores Judices non possunt cognoscere de causis Ecclesiasticis motis in prima instantia ante appellationem à diffinitiva, vel interlocutoria vim diffinitivam habente, aut gravamen per eam irreparabile.*

4. *Superiores Judices non possunt cognoscere de causis Ecclesiasticis motis in prima instantia ante appellationem ex Mandato Apostolico, nisi subscripto manu propria Pontificis, & rationabili causa subsistente, vel, nisi sit causa, quæ secundum jus apud Sedem Apostolicam tractanda sit.*

5. *Nemo, etiam Legatus de latere, vel Nuntius, aut quacumque facultate fulgens potest impedire, quin causa Ecclesiastica in prima instantia coram Ordinariis tractentur, nisi prius requisitis Ordinariis, & negligentibus.*

6. *Judex proprius Ordinarius alicujus pluribus modis dici potest.*

7. *Reus habens plures Judices Ordinarios potest conveniri ab auctore, ubi ipse actor voluerit, & qui prius prævenit, erit proprius Judex Ordinarius.*

8. *Præventio jurisdictionis per solam citationem acquiritur.*

9. *Conventus coram non suo Judice potest appellare, & invocare protectionem Supremi Concilii Regii.*

10. *Hispaniarum Rex ex concessione Pontificis est conservator Concilii Tridentini, ut ejus Decreta observentur, & in nihilo violentur.*

11. *Conventus per Litteras Apostolicas, ut beneficium dimittat, & alteri concedat, antequam sit conventus in prima instantia, potest recurrere ad Supremum Consilium, ut superferatur in executione hujusmodi Litterarum: & quæ praxis circa hoc observetur, traditur.*

12. *Prorogatio jurisdictionis quid sit.*

13. *Jurisdictio non potest prorogari, nisi Judex aliquam habeat jurisdictionem, quæ extendi possit.*

14. *Superior potest adiri post biennium transactum, quod datur ad terminandam causam in pri-*

mo. Diaz in Pract. Crim. Canon. cap. 5.

(i) 3. Tom. Variar. cap. 1. n. 10. ampliat. 1. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 10. n. 3.

(j) Juxta text. in cap. 1. in princ. de *Procur.* lib. 6.

(k) Ut in cap. *Litico*, & in cap. *Sicut Sacerdotes* 2. quæst. 7. & in cap. *Cum P. de Accusatis*.

(l) In leg. *si vacantia*, Cod. de *Bonis vacant.* lib. 10. & in Tract. de *Malef.* fol. 38. col. 2. & Foller. in sua Pract. pag. 162. & 730. & Praepos. in dict. cap. de *Accusatis*. col. 65.

prima instantia.

15. *Auditor Camerae Apostolicae nullam habet jurisdictionem in prima instantia.*

16. *Consensus partium litigantium est de substantia prorogationis.*

17. *Clericus sine licentia Episcopi non potest prorogare jurisdictionem Judicis non sui.*

18. *Consensus prorogandi jurisdictionem tollitur litigantibus in prima instantia per Concilium Tridentinum.*

19. *Jus alteri quaesitum non debet ei subtrahi, neque iniqua conditio alteri per alterum inferri.*

20. *Prorogando jurisdictionem, tollitur jus concessum Episcopis per Concil. Trident. cognoscendi in prima instantia de omnibus causis.*

21. *Judicandi honor omni lucro praefertur.*

22. *Auditor Camerae Apostolicae est Judex Delegatus.*

23. *Consensus expressus, & non tacitus, an requiratur ad prorogandam jurisdictionem Judicis Delegati.*

24. *Comparitio alicujus coram aliquo Judice non inducit expressum consensum, per quem ejus jurisdictionis prorogetur.*

ULTIMUM PRAELUDIUM.

DE PRIMA INSTANTIA.

I Ultimo erit præmittendum, hodie omnes causas ad Forum Ecclesiasticum quomodocumque spectantes, etiam beneficiales, experiendas esse in prima instantia coram Judicibus Ordinariis, 2. terminandasque esse infra biennium connumerandum à die motæ litis: 3. nec superiores Judices posse de eis cognoscere ante appellationem à diffinitiva, vel ab interlocutoria habenti vim diffinitivæ, vel continenti gravamen per diffinitivam irreparabile, 4. etiam ex Mandato Apostolico, nisi urgenti, & rationabili causa talem Mandatum manu propria Romani Pontificis fuerit subscriptum: vel causa fuerit de his, quæ secundum Canonicas Sanctiones sunt tractandæ apud Sedem Apostolicam, de quibus habetur in cap. *Nec licuit* 17. Distinct. & in cap. *Majores* in princ. de *Baptismo*. 5. Nec etiam Legatos de latere, Nuntios, & alios quoscumque Judices, quacumque facultate fulgentes, posse in prædictis causis, quantumcumque gravissimis, in prima instantia præripere, impedire, seu turbare jurisdic-

tionem Ordinariorum, nisi prius requisitus fuerit Ordinarius, & negligens, ut novè decretum extat in Concilio Tridentino. (a)

6. Circa cujus text. explicationem advertendum erit, proprium Judicem Ordinarium alicujus pluribus modis dici, vel ratione originis, domicilii, vel beneficii, (b) vel ratione contractus: (c) quod intelligi debet juxta Pragmaticam Sanctionem novè editam, & promulgatam Madritii 21. die Mensis Februarii Anno MDLXXIII. vel ratione delicti, (d) vel ratione rei sitæ, quæ petitur: (e) 7. prædictis enim modis quis poterit habere plures Judices Ordinarios, & coram uno ex eis conveniendus erit ab auctore, in cujus electione est reum convenire, vel coram Judice originis, vel coram Judice contractus, vel coram Judice rei sitæ: 8. & Judex, qui prævenit jurisdictionem, ille erit proprius Ordinarius in causa illa, quæ prævenit per solam citationem fit; (f) 9. alioquin enim, si coram alio Judice non Ordinario quis conveniatur, præterquam in prædictis casibus, appellare poterit, & invocare protectionem Supremi Concilii Regii, ubi cognoscitur, quando decreta Concilii Tridentini in aliquo violentur: 10. quia Hispaniarum Rex concessione Pontificum est Conservator prædicti Concilii, ad hoc ut ejus Decreta observentur, & in nihilo violentur; 11. & ita, quoties aliquod Monitorium, vel Litteræ Apostolicæ emanant ab Auditore Camerae Apostolicæ, per quas Litteras sub gravissimis poenis, & censuris mandatur possessori, ut præbendam, seu beneficium dimittat, & alteri concedat, super quo nunquam fuit conventus in prima instantia coram suo Judice Ordinario, interposita supplicatione ad Sedem Apostolicam per prædictum possesorem, recurritur statim ad Supremum Regium Consilium; ubi nomine Promotoris Fiscalis proponitur quaerela, in qua dicitur, quod cum talis esset possessor cujusdam beneficii, ad instantiam talis Litteræ Monitoriæ fuerunt concessa ab Auditore Camerae Apostolicæ, quibus Auditor mandat possessori, ut beneficium dimittat, & alteri concedat, super quo nunquam fuit conventus coram suo Ordinario in prima instantia, & ita quod prædictæ Litteræ Apostolicæ sunt contra dispositionem Concilii Tridentini; & quamvis ab eis per partem supplicatum fuit ad Summum Pontificem, supplicatione non obstanti, & ita quod prædictæ Litteræ Unde Promotor Fiscalis petit Mandatum Regiam,

(a) Sess. 24. de Reform. cap. 20.

(b) Ut in cap. *fin.* de *For. compet.*

(c) Ut in cap. *Dilecti*, eod. tit. & in cap. *Romana*, 5. contrabentes, de *For. compet.* in 6.

(d) Ut in cap. *Cum sit generale*, de *For. compet.*

(e) Ut in cap. *Sane*, eod. tit.

(f) Ut in cap. *Proposuit*, de *For. compet.* per quem text. ita notant DD. ibi.

giam, & Provisionem dari, ut quicumque Judices Saculares prædictas Litteras Apostolicas, ubi, & in cujus potestate fuerint, capiant originaliter, & ad Supremum Consilium remittant: & quod Judices Ecclesiastici, vel alii Executores superseant earum executionem, donec per Consilium examinentur, & de justitia provideatur. Et tunc Consilium Supremum concedit prædictum Mandatum, juxta tenorem petitionis Promotoris Ficalis, quo mandat quicumque Judici Saculari, quod prædictas Litteras capiat, interposita prius supplicatione ad Summum Pontificem, & sub gravissimis penis mandat Judicibus Ecclesiasticis, in quorum potestate fuerint, quod earum executioni superseant, donec per Consilium de justitia provideatur. Et tunc virtute Regiæ Provisionis, ad instantiam alicujus procuratoris ad id constituti per Promotorem Regium Ficalem à tergo Provisionis Judices Saculares requiruntur, ut capiant, seu capere faciant prædictas Litteras Apostolicas, in quacunque parte fuerint, & quod Mandatum Regium adimpleant sub penis in eo contentis. Et Judices Saculares sua mandata dant suis Executoribus & Alguacellis, ad capiendas prædictas Litteras, ubicunque fuerint. Qui cum Tabellione accedunt ad Judicem Ecclesiasticum, seu ad Notarium, vel ad alium in cujus potestate fuerint Litteras, quas capiunt: & si ille, qui habuerit eas, dare noluerit, capitur, & in carcerem detruditur, & statim Provisio Regia intimatur Judici, vel Executori Ecclesiastico, requiriturque per Procuratorem Ficalis, ut in earum executione superseant, interponiturque ab eodem Procuratore supplicatio ad Summum Pontificem coram prædicto Judice, vel Executori Ecclesiastico. Et tunc capitis prædictis Litteris, visisque à Judice Saculari, ad finem contra dispositionem Concilii Tridentini, visaque supplicatione ad Summum Pontificem, Judex Sacularis mandat Tabellioni, quod prædictas Litteras cum processu, & actis originalibus ad Supremum Consilium Regium remittat. Et tunc, qui eas impetravit, comparere in Consilio Supremo Regio dicens: Prædictas Litteras mandato Consilii delatas fuisse ad instantiam Promotoris Ficalis, petenique quod sibi reddantur, ut eis uti possit: cujus petitionis copia datur Ficali, qui respondet, Litteras non esse reddendas, sed potius retinendas, allegans rationes quibus retineri debeant, & hujus responsi copia datur petenti Litteras, qui etiam satisfaciunt rationibus allegatis per Fica-

lem, cujus satisfactio copia datur Ficali, qui ipse respondet, & concluditur. Et si negotium in probatione consistat, recipitur ad probationem per Consiliarios Regios, & in eo proceditur via ordinaria, donec sententiam definitivam proferant. Sed si in probatione non consistat, statim post allegationes partium proferunt suam sententiam, qua, vel pronuntiant, Litteras Apostolicas retinendas esse, donec Summus Pontifex consulatur, & melius de veritate informetur, & interim earum executionem suspendunt, & interdicitur sub gravissimis penis, & comminationibus earum usum impetrantibus. Qua in re audio praxim in Consilio Supremo observari, nempe, quod si possessor beneficii, vel ille, contra quem Litteræ Apostolicæ fuerunt impetratæ, semel comparuit coram Auditore Cameræ Apostolicæ, allegans contra prædictas Litteras, & etiam proponens exceptionem declinatoriam, ex eo quod fuerunt impetratæ, & concessæ contra Decretum Concilii, & postmodum Litteræ deferantur ad Consilium Regium per partem adversam, vel per Promotorem Ficalem, ut ibi retineantur, donec Summus Pontifex consulatur, & de veritate informetur; quod tunc Regii Consilii pronuntiant, Litteras reddendas esse impetranti, nec esse detinendas, ex eo quod possessor beneficii, vel ille, contra quem impetratæ fuerant, consensit jurisdictioni Auditoris Cameræ Apostolicæ, & eam prorogavit.

Que praxis, si ita observatur, nescio quo jure subtrahi possit, nam possessor beneficii consentire non potuit in Judicem non suum, nec ejus jurisdictionem prorogare; 12. cum prorogatio jurisdictionis nihil aliud sit, quam extensio jurisdictionis Ordinaria ad causam, vel ad personam sub ea non expressam, & extensio fieri non possit, nisi ab eo quod est: arg. text. in leg. Sed est manente, ff. de Precar. & in leg. 4. ff. de Damno infect. & in cap. Ad dissolvendum, de Respons. impub. 13. Sequitur inde, jurisdictionem prorogari non posse, nisi Judex aliquam jurisdictionem habuerit, quæ extendi possit: (b) sed Auditor Cameræ Apostolicæ, neque alius quacunque potestate fulgens, in prima instantia nullam jurisdictionem habet, circa causas beneficiales, & circa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, præter Judicem Ordinarium, ut probatur in dict. cap. 20. Concilii Tridentini, ibi: in prima instantia coram Ordinariis Locorum duntaxat cognoscantur: quibus verbis omnino tol-

tollitur jurisdictionis in prima instantia quibuscumque Judicibus, & solummodo Ordinariis locorum conceditur: 14. probatur etiam in eodem cap. 20. ibi: Atque omnino, saltem infra biennium à die mota litis terminentur; alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, Judices superiores, alias tamen competentes, adire: quibus verbis planè ostenditur, solummodo post biennium Judicem superiorem, alias competentem, per partes adiri posse; ergo infra biennium Judex superior, quantumcumque competens, præterquam Ordinarius locorum, de prædictis causis in prima instantia cognoscere non potest.

Rursus probatur in dict. cap. 20. in vers. Ab his, ubi solummodo excipiuntur duo casus, in quibus Ordinarius non cognoscit, & nullus ex eis est casus noster. Præterea probatur in eodem cap. 20. in vers. Legati quoque, ubi dicitur, quod Legati de latere, Nuntii, neque alii quorumcumque facultatum vigore in prædictis causis non possint Episcopos impedit, & jurisdictionem eorum præripere, aut turbare, nec contra Clericos, aut personas Ecclesiasticas procedere, nisi eorum Episcopo prius requisito atque negligente; 15. ergo ex prædictis constat, in prima instantia Auditorem Cameræ Apostolicæ nullam jurisdictionem habere, & omnino incompetentem esse cognitionis prædictarum causarum; & per consequens jurisdictionem prorogari non posse, cum non sit quid prorogetur.

16. Secundo pro hæc mea opinione facit, quod de substantia prorogationis est consensus partium litigantium; (i) 17. sed Clericus sine licentia proprii Episcopi non habet consensum prorogandi jurisdictionem Judicis non sui; (j) ergo in nostro casu prorogatio fieri non potuit: 18. præsertim, quod consensus prorogandi in prima instantia tollitur partibus litigantibus per Concilium Tridentinum in eodem cap. 20. ibi: Alioquin post id spatium liberum sit partibus, &c. quibus verbis constat in illo tantum casu, scilicet, quando infra biennium causa non fuit terminata coram Ordinario, concessam esse

libertatem partibus ad eundem Judicem superiorem, alias competentem; ergo præter illum casum sublata censetur partibus libertas ad eundem Superiorem, alias quantumcumque competentem: & per consequens litigantes in prima instantia non habet consensum ad eundem alium Judicem, quam Ordinarium.

19. Tertio, hæc mea opinio probatur, ex eo quod jus alteri quæsitum non debet ei subtrahi, (k) neque alteri per alterum iniqua conditio afferri debet; (l) 20. sed si per partes litigantes jurisdictionis Judicis in prima instantia prorogari possit, jam jus quæsitum Ordinariis locorum per Concilium Tridentinum in dict. cap. 20. eis subtraheretur, & iniqua conditio eidem afferretur, si sine eorum consensu subditi sui prorogarent jurisdictionem alterius Judicis, 21. cum privarent eos suis sportulis, & honore iudicandi, qui omni lucro præferendus est. (m)

22. Quarto, hæc opinio probatur, ex eo quod Auditor Cameræ Apostolicæ est Judex delegatus, ut firmat Glossa; (n) 23. sed ad prorogandam jurisdictionem Judicis delegati consensus expressus, & non tacitus requiritur; (o) ergo per solam comparationem simpliciter etiam factam, absque opposicione exceptionis declinatoriæ coram Auditore Cameræ Apostolicæ, prorogatio jurisdictionis prædicti Auditoris non inducitur: 24. quia talis comparitio solummodo inducit consensum tacitum, & non expressum, juxta Glossam Receptam in dict. cap. Statutum, §. In nullo. Ex quibus omnibus planè constat, prædictam praxim jure fultam non esse, imò etiam Litteras Apostolicas retinendas esse, quamvis ille, contra quem impetratæ fuerant, comparuerit coram Auditore utas exceptiones allegans, & Monitorio respondens: alioquin, si partes litigantes sine licentia suorum Ordinariorum consentire possent in alium Judicem, illud forum maneret Decretum Concilii, & Concessiones Pontificis Regi Hispaniarum concessæ, ejusque fummi sumptibus impetratæ ad conservationem, & observantiam Concilii Tridentini frustrarentur.

(i) Juxta text. in leg. 1. & 2. ff. de Judic.

(j) Ut probat text. in dict. cap. Significasti, ibi: Confessione non potest.

(k) Ut in leg. 2. ff. de His qui sunt sui, vel alieni juris, & in cap. Cum Ecclesia Viterana, de Elect.

(l) Ut in leg. Non debet, ff. de Reg. jur.

(m) Ut in leg. Julianus, ff. Si quis omis, caus. testam.

(n) 2. in Clem. Auditor, de Rescript. quam dicit ibi veram Card. n. 6. & Staphileus in Tract. de Signatura justitiae, in Prælud. 1. n. 6.

(o) Juxta text. in cap. Statutum, §. In nullo, de Rescript. lib. 6.

SEQUITUR PRIMA PARS HUIUS SECUNDI TOMI.

(g) Ut colligitur ex leg. 1. & 2. ff. de Judic. & in cap. P. & G. de Offic. Deleg.

(h) Ut probatur in leg. 1. ff. de Judic. & in leg. 1. Cod.

de Jurisdic. om. jud. & in cap. Significasti, de For. compet. ibi: Cum qui jurisdictioni præesse dignoscitur.